VETUS TESTAMENTUM, UNVOLLSTäNDIG
Entstehungsort unbestimmt, Wende 12./13. Jh.
Seite 168v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35407
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



miamatis. Cumq; respexisset eum azarias
pontifex et omnes reliqui sacerdotes uide
runt lepram in fronte eius et festinato ex
pulerunt eum. Sed et ipse pertritus accelerauit
egredi eo quod sensisset ilico plagam domini. Fuit
igitur ozias rex leprosus usque ad diem mortis
sue et habitauit in domo separatim plenus
lepra. ob quam eiectus fuerat de domo domini.
Porro ioathan filius eius rexit domum regis
et iudicabat populum terre. Reliqua autem sermonum
ozie priorum et nouissimorum scripsit ysaias fi
lius amos propheta. Dormiuitque ozias cum pat
ribus suis et sepelierunt eum in agro regalium
sepulchrorum eo quod esset leprosus. Regnauit
XXVII que ioathan filius eius pro eo. Viginti quinque annorum
erat ioathan cum regnare cepisset et sedecim
annis regnauit in ierusalem. Nomen matris eius
ierusa filia sadoch. Fecitque quod rectum erat
coram domino iuxta omnia que fecerat ozias
pater eius excepto quod non est ingressus tem
plum domini et adhuc populus delinquebat. Ipse
edificauit portam domus domini excelsam
et in muro opher multa construxit. Vrbes
quoque edificauit in montibus iuda et in salti
bus castella et turres. Ipse pugnauit contra
regem filiorum ammon et uicit eum. Dederuntque
ei filii ammon in tempore illo centum talenta ar
genti et decem milia choros tritici. Hec ei
prebuerunt filii ammon. In anno secundo et tercio
corroboratus est ioathan eo quod direxisset
uias suas coram domino deo suo. Reliqua autem
sermonum ioathan et omnes pugne eius et
opera scripta sunt in libro regum israel et iu
da. Viginti quinque annorum erat cum regnare
cepisset et sedecim annis regnauit in ierusalem.
Dormiuitque ioathan cum patribus suis et se
pelierunt eum in ciuitate dauid. Viginti quinque
XXVIII. Et regnauit achaz filius eius pro eo. Viginti
annorum erat achaz cum regnare cepisset et
sedecim annis regnauit in ierusalem. Non fecit
rectum in conspectu domini sicut dauid pater eius sed
ambulauit in uiis regum israel insuper et statuas
fudit baalim. Ipse est qui adoleuit incensum

in ualle enon et lustrauit filios suos in igne
iuxta ritum gentium quas interfecit dominus in ad
uentu filiorum israel. Sacrificabat quoque et
thymiama succendebat in excelsis et in col
libus et sub omni ligno frondoso. Tradidit
que eum dominus deus eius in manu regis syrie qui
percussit eum magnamque predam de eius sup
sit imperio et adduxit in damascum. Mani
bus quoque regis israel traditus est et percussit
plaga grandi. Occiditque facee filius romelie
de iuda centum uiginti milia in die una omnes
uiros bellatores eo quod reliquissent dominum
dominum patrum suorum. Eodem tempore occidit ze
chrim uir potens ex effraym maasiam filium
regis et ezricam ducem domus eius helcha
nan quoque secundum a rege. Ceperuntque filii
israel de fratribus suis ducenta milia mulierum
puerorum et puellarum et infinitam predam
pertulerunt que eam in samariam. Ea tempesta
te erat propheta domini nomine obed qui egressus
obuiam exercitui uenientium in samariam
dixit eis. Ecce iratus dominus patrum uestrorum ostendit
iudam tradidit eos in manibus uestris et occi
distis illos attrociter ita ut celum pertingeret
uestra crudelitas. insuper filios iuda et ierusalem
ultis uobis subicere in seruos et ancillas
quod nequaquam facto opus est. Peccastis enim
super hoc domino deo uestro. Sed audite consilium
meum et reducite captiuos quos adduxis
tis de fratribus uestris quia magnus furor domini
imminet uobis. Steterunt itaque uiri de prin
cipibus filiorum effraym azarias filius iohan
nan barachias filius mosollamoth ieze
chias filius mosollamoth iechias filius
sellum et amasias filius adali contra eos
qui ueniebant de prelio et dixerunt eis. Non
introducetis huc captiuos ne peccemus domino.
Quare uultis adicere super peccata nostra et
uetera cumulare delicta. Grande quippe
peccatum est et ira furoris domini imminet super
israel. Dimiseruntque uiri bellatores predam
et uniuersa que ceperant coram principibus
et omni multitudine. Steteruntque uiri quos